Quelle: https://manuscripta.at/?ID=671

Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

aduersus eum resistendi conamen. inferiorem
ciuitatem magna uirtute cepit. Cumque adhuc
arcem obtinere non posset. cepit honores et mu
nera promittendo rex, prius ad opus bellicum com
militones prouocare. ut quicumque per subiectos
colles in arcem conscenderet eamque caperet prin
cipatum militie totius populi possideret. Cunc
tis itaque conscendere festinantibus nullo labore
pro muneris promissi retributione tardantibus. sar
uie filius ioab preuenit uniuersos. et ascendens in
cacumine clamauit ad regem exigens mu
liere principatum. Expulsis itaque rex de summa
arce iebuseis. et reedificans ciuitatem eam hiero
solimam nuncupauit. et omni tempore in ea sui
habitauit imperii. Tempus autem quo super tribum
iuda habuit principatum in hebron fuerunt
anni septem et menses sex. Cumque regnum suum
constituisset hierosolimis. rebus potius clario
ribus utebatur. deo semper ei meliora prouidente
et gloriam eius latius ampliante. Inter hec autem misit
ad eum yram rex tyri et amicicias cum eo socie
tatem que firmauit. misitque ei etiam dona. id est artifi
ces uiros fabros lignarios et instructores qui
regiam domum in hierosolimis construerent.
Dauid autem superiorem muniens ciuitatem eique co
pulans arcem unum undique corpus effecit. et cunc
ta muro circumdedit. super opus autem murorum
constituit ioab. Primus autem dauid iebuseis expulsis
hanc ciuitatem hierosolimam nuncupauit. Nam
sub abraham nostro parente. solima uocabatur. Quidam
uero dicunt quod et homerus poeta hierosolimam nomi
nauit. Hieron enim hebrea lingua munitio est.
Fuit autem omne tempus quod iesus princeps israheli
tarum contra chananeos pugnauit. xx. vi. annorum
eisque deuictis terram eorum diuisit hebreis preter
hierosolimam.

de e.

Audiens autem damasci syrie rex adad quod dauid
expugnasset adrazarum tamquam amicus adei
solatia cum maximo uenit exercitu eum sicut
sperabat ab obpressione liberaturus et congressus de
nuo aput effraten contra dauid bello deuictus
est. Ceciderunt enim ferientibus eos hebreis de ex
ercitu adadi quasi uiginti milia. reliqui uero
in fugam conuersi sunt. Meminit autem huius
regis et nicolaus in quinto libro historiarum
sic dicens. Post hec autem transacto iam multo
tempore quidam prouincialium nomine adadus ual

de fortissimus in damasco et alia syria preter
phenicem imperauit et habuit bellum contra dauid
iudee regem. Cumque multis preliis dimicasset. et
nouissime circa eufraten uictus esset. qui tamen optimus
regum robore et fortitudine uidebatur. Ad hec
autem et eius ibi dicit quia post illius mortem suscipiebant
ab alterutris et regnum et nomen his uerbis. Siquidem de
illo moriente eius nepotes usque ad decimam ge
nerationem regnauerunt. singuli quique a patre
mox in ipso principio nomen accipientibus. sicut
in egypto ptolomei. quorum tercius ualde po
tens et reparare uolens auum perdicionem bello illato
iudeis uastauit prouinciam. que nunc samaria nun
cupatur. Non est autem historiographus ueritate
priuatus. Iste utique adadus qui pugnauit in
samaria regnante achab aduersus hebreos. de
quo post hec loco suo narrabimus. Igitur dauid cas
tra metatus ad damascum. omnem reliquam syrie
regionem sue ditioni subiecit. et municiones
in prouincia uniuersa constituens tributaque eos
inferre decernens reuersus est aureasque faretras
et arma diuersa que custodes corporis adadi ge
rebant deo dicauit in hierosolimis. que postea
egyptiorum rex sesach dum pugnasset contra eius
nepotem roboam cepit. et multas alias ex hieroso
limis secum diuicias ad propria deportabat. Hec
siquidem dum in loco proprio uenerimus singula
queque narrabimus. Rex igitur hebreorum deo sibimet
cooperante. et omnia bella subdente et contra ali
as adrazari regis ciuitates castra metatus est. id est ba
cham. et machon eas capiens magna uirtute
uastauit. Inuentumque in eis est multum aurum
nec non et argentum. insuper et es quod auro melius
esse dicebant. Ex quo et salomon illud magnum
quod mare uocabatur effecit. et optimos cantharos
cum deo templum edificasset. Cumque rex emathe
nus audisset adrazari et eius exercitum fuisse uas
tatum metuens ne dauid super eum quoque ue
niret. amicitiis et fide eum uoluit obligare.
misitque ad eum adoram filium suum egitque
gratias quod inimicus eius adrazar fuerit expugnatus
utque societatem cum eo et amicitias faceret exo
rabat. Cui etiam magna munera direxit. id est uasa an
tiqua operatione facta aurea et argentea simul et
erea. Dauid autem facto federe cum thou rege
ematheno. eiusque dona suscipiens filium ipsius
cum honore conpetenti dimisit. ea uero que ab